

F. K. 73.

5 Caspar. Barthius



VITAS

QUATUOR-VIRORUM PRINCIPUM,  
CUM EARUM USIBUS,  
SIMULQUE

GRATULATIONEM  
NOBIL. AMPL. EXCELL. CONSULTIS.  
SIMOQUE

SENATUI NOSTRO,

DE REGIMINE SUPERIORIS ANNI FELICITER  
GESTO,

IN AUDITORIO MAJORI,  
DIE CRASTINO,

PERACTIS SACRIS MATUTINIS,  
HABENDAM,

ut  
BENEVOLE AUDIANT,

VENERANDOS DN. INSPECTORES,  
PATRONOS FAUTORESQUE SCHOLÆ

OFFICIOSE ROGAT,

M. GEORGIVS ANDREAS Vinhold, R.

---

CYGNÆ,  
TYPIS JOH. DAV. FRIDERICI.





I verum est, de quo nemo dubitat, quod Ad. Theod. Siberus de Generoso  
Dn. Caspare de Barth, adhucum adolescentem, eleganter cecinat: Cui  
nomen sine re (Barthius sine barba) potior cui nomine res est (fapien-  
tia barbata.) Nec vir, nec juvenis, verum utriusque pater. Barthi, quem  
promum Latiae condumque Pelasgæ Suspiciunt Veneris tresque novem-  
que Deæ. Mox Themis interiora fibi in penetralia ducet; Quid nunc in primis limina  
sancta teris. Qualem promittat canis longæva senectus, Ornatum cui investes gloria tanta  
genas? Juppiter infans numenque & nomina bärba Jam ponat; plus est, hunc habuisse  
stylum: Si omen hoc viri ingeniosissimi, tanquam vatis, exitus comprobavit, interprete  
alio Poëta, Jo. Petr. Lorichio, cum defunctum suo fato Barthium his laudibus deconde-  
ravit: Ingens ingenium, labor ingens, lectio pérnox. Plurima scripta virum desuper  
astra locant; ita quidem, ut illa etiam post funera cùm stupenda eruditio hominibus,  
Melanchthon, Camerario, Rhodigino, Politiano, Victorino, Manutio, Stephano, Mu-  
reto, Scaligeris, Lipsio, Casaubono, Gruterio, Heinrio, Salmatio, Meursio, Vossio &  
his similibus comparandus videatur: dignæ profecto laudes forent Barthianæ, quæ, ut  
qvondam Minerva Phidias, in arce collocarentur, & vel solemnitate Panegyrica renovata  
denuo exsplenderent. Enimvero hujus instituti nostri ratio plenum apparatum non  
admittit, neque artum charta spatiū, quod si unquam, nunc maxime doleo, viri  
magnitudinem capit. Qvare ignoscit mihi lector, si saltem ea nunc communicem, quæ  
typis nondum expressa novi, eademque stilo Barthiano breviter designem potius, quam  
describam. Stirpe antiquissima apud Bavaros Dominorum de Barth an. Chr. 1587. 10.  
Kal. Quintilis editus Caspar Barth, se ipsum quadravitum & tornearium sæpe vocavit &  
scripsit Eqvitem: unde male habuit eum, quod a Matth. Zubero cum gente patria alii-  
cujus urbis fuerat collatus. Etenim Hermannus Barth ad an. Chr. 1208. Principum ho-  
die familiis dari consuetas Comterias in Bavaria tenuit, perinde ut Majores sui. Sed ab-  
dicata circa dictum annum Commendatura (quam vocant) uxorem duxit, Margari-  
tam de Staudringen Bavaricam. Imo vixit jam circa an. 950, in Comitatu Mansfeldico,  
sub cuius nescio Orthonis imperio, Eqves generis Barthii, qui tum honor summus ha-  
bebatur. Fuitque Mauritius de Barth, qui Onoldina in aula magisterium stabuli admi-  
nistret. Scilicet superest in terris Bojariorum arx Barthiorum hæreditaria, nomine  
Schwartzbach, familia ejusdem titulus, ex qua avus Casparis Petrus, non ita olim in has  
oras Saxonicas venit. Pater hic erat filii Caroli, qui Casparem genuit. Carolus 1560.  
10. Mart. accessit, ad colendum studia, Wittebergam, quam dein 1565. 6. Febr. reliquit,  
ingressusque iter in Italiam 1566. 14. Octobr. Dignitatem supremam in jure accepit 1568.  
19. Sept. Valentia. Redux e terra Italorum 1570. 3. Octobr. in Facultatem Juridicam  
Wittebergæ recipitur. Spartam 1572. 17. Jul. apud viduam Marchionis Brandenb., na-  
tus est, mox 1573. 8. Jun. in aulam Croisenfem receptus a Catharina March. Brandenb.  
Berolinum denique evocatus, gratia Electoris Brandenb. fit Consiliarius 1574. 28. Jul.  
Celebrat 1579. 29. Sept. cum Maria Hackelbuschia Magdeburgi sponsalia, & nuptias 1580.  
18. Jan. Ex hoc matrimonio natus est Caspar, quem ordine nascendi Carolus frater 1583.  
in hanc lucem prodiens, antecepit. Et hic cum LXX, militibus exercitum Pappenhei-  
mum extra propugnaculum Heldringam tribus sustinuit diebus, & quinque pariter  
impetus, sic ut ultra bis mille hostes ceciderit; postremo frustratim concitus an. 1627.  
mense Octobr. ad ultimum halitum fortissime se defendit, postquam prius in otio Ho-  
norati seu Honorii d' Urfe, Marchionis Gallici, Astræam in vernacularum nostram trans-  
tulerat. Is celebs, velut devotatus, fratrem reliquit superstititem solum & tam vetusta  
gente, conjiciebatque vivus facile, futurum, ut Feuda sua, pecunia præsentem ab Avo ipsi-  
us emta, sine ulla compensatione, se extinco, ad Principem reciderent. Nihilo segnitus  
Carolus adhuc vivens & Casparus fratres hominem certum probumque misere in Ba-  
variam, nomine Insignium Barthianorum (horum postea cura Casparem valde sollici-  
taverat) quæ Avo ejus coram Imperii Germ. universis Proceribus an. 1543, a Carolo V.  
Imperatore fuerant aucta. Isque retulit, stirpem Barthianam diplomatis Ludovici Ba-  
variæ Imp. jam tum verutissimam nobilitatem intulisse: de quo aliisque hue pertinen-  
tibus in Aula qvadam illustrissima cum chirographis documenta affervantur. Noster  
autem cum an. 1544. Jan. conjugem heroinam, quantumvis sterilem, rapram sibi post  
novem hebdomadum decubationem, Agnetem Mariam a Skelen, natam e domo Schla-  
denbachiana amississet, amissamque magnis laudibus ornasset, prædicans de ea, quod  
neq; ipse unquam similem viderit foeminam, neq; sol multas upsiām viderit; extollensq;  
in ea miram pietatem usque ad quotidianas lacrymas, cum de divinis rebus sermo habe-  
retur, miram constantiam, patientiam, gratiam & affabilitatem, super omnia incompa-  
rabilem

rabilem soleritatem & dexteritatem fadendi, consolandi, & difficilibus rebus se se emer-  
gendi, aliosque elevandi, nec non sapientiam incredibilem solvendi quasunque inci-  
dentes difficultates, consolandi alios, se ad omnia Deo resignandi, & dapsilitatem &  
sui venerationem tantam, ut pene memoria ipsa earum opum, quas in uxoris morte ami-  
serit, cor & mens intima marito liqeficeret: unde & Commentarium suum in Papini  
Thebaudem beatis illius Manibus inscriptum sepofuerat: ad secunda vota fere sexage-  
narius an. 1645. Febr. transit, ducta in matrimonium Margarita Catharina a Schladen,  
Alberti a Sladen in Stasfurt filia, quæ genetrix fecunda ei Casparum Fridericum, Agne-  
siam Emerentiam, Margaritam Anaftasiam, Catharinam Lucretiam peperit. Et filius  
quidem an. 1646. Maj. comis, ut ipse loquitur, ingeniosus, gratiosus infaatus ei nasce-  
batur, cuius nativitate totus revixisse sibi videbatur, potissimum quia sic sperabat, Feu-  
dalia sua bona, ante ducentos annos summa plus quam triginta millium aureorum præ-  
sentium emta, in alienas manus non ventura, se vivo possessores posthumos nacta: quæ  
causa eum quoque ad iterandum conjugium impulerat. Postea ille pusio, mirificissimi  
ingenii promissor, vitam Patris admodum afficiebat, fereque omnem seni memoriam  
exturbabat. Agnes autem an. 1647. Dec. morte præmatura patrem antecepit, XXVII.  
hebdomadas nata, cuius decepsus eum amplius afficit, quam ullius unquam hominis,  
nec ullam ferme horam sine lacrymulis perficit, ex quo illa omnium pusarum delicata  
missima eum, præcipitante fato, reliquit. Hinc illius gemitus, hinc singultus isti; Agni-  
sula, o mea lux, Emerentiola, o mea vita, ut maluisse, ut optasse, canitiem meam pro  
tuus candidissimus spirulis sepeliri! Sed jaeturam hande dulcissimi pignoris puerperium  
tertium desideratissimæ Dominae suæ, auctis parentum votis, an. 1649. resarserat. Cum  
que Casparis nostri animo a primis vitæ incunabulis conversatio militaris fordererit,  
etiam si effet splendori extero conjuncta: quas vero bullas sibi, qui suus esse volebat,  
contennendas putavit: factum est, ut mature naturali ductu in literas incitaretur.  
Puer ergo annorum novem aut decem, dum Hormoldi Psalterium mero Jambo scri-  
pitum legit, ea metra omnia potius ferre, quam Jamborum titulum, jam tum sagaciter  
judicat. Novennis itidem Comedias Terentii a capite ad calcem memoriter sine lapsu  
recitat. Usus Irenaci Valent. Weinrichii per biennium, & Gotha Andr. Wilkii &  
Joh. Weitzii disciplina, in condiscipulatu vixit cum Thoma Reinesio, Confulis post  
apud Altenburgenes celebratissimi. Scripsit etiam in pueritia poëmatum libros, in quibus  
multa erant intra IX. ætatis annum concepta, eosque celeberrimo nostro Daumio  
misit dono, hac tamen certa fixaque conditione, ne quid inde suo nomine ederetur, & si  
Daumius illiberis obiret, ut missos exureret potius, quam ut in alienam potestatem ve-  
nirent. An. 1600. Jenæ versus edidit ad disputationem fratris Caroli. Wittebergæ ab  
an. 1601. ad 1608. adhæsit studiorum gratia. A. 1611. kal. sept. Joannem Rudolphum de  
Duispach Bernatem Wetzlariæ (ali Genevæ) in complexu suo morientem pestilentia  
vidit. Eodem anno Marpurgi morabatur, usque ad Martium mensem anni sequentis,  
quo circa Julium Heidelbergam trajecit. A. 1612. & 1613. Moguntiæ & Argentorati, 1614.  
Genevæ & Paduæ Novembr. 1615. rufus Argentinae ab April. ad Jun. deinde Augusto  
Lugduni Bat. in hospitio Joh. Meursii; iterum Lugduni 1616. Jan. tum Antverpiæ apud  
Dn. Rofweydem, item Amstelodami & Parisiis, eodem anno in navi Nieuportum inter  
& Calesium mense Jul. (ubi a Joh. Petr. Nunnesio Bibliis Rob. Stephani donatus est)  
porro 1617. Lugd. Bat. & Argent. 1618. Mediolani & Vincentiæ; 1619. Basileæ vixit,  
donec 1620. Halas rediit, in qua civitate sedem fixit fortunarum suarum, (Lipsiam ta-  
men sèpe XXX. annis per intervalla inhabitans) ob Feuda salinaria, quorum ea condi-  
tio est, ut extra muros vivere nemo possit, qui ut frui iis ipse volet. Fuit illi ingens co-  
pia optimorum Juridicæ Consulorum librorum, quorum pleriq; omnes in Italia, Gal-  
lia (Hispania nonnulli) excusi, rariq; admodum in his terris; arq; ipse ex hereditate fra-  
terna insigne augmentum D. librorum Juridicorum fortitus est. Idem sèpius cum gravif-  
fimis fortune insulibus decertandum habuit. Nam an. 1635. pagus Sellerhusanus non  
procul ab Halis, per incuriam aliquicujus nebulonis vino caustico repleti, redactus in cine-  
rem, simul Barthii supellectilem omnem nobiliumque, quæ tum præsentes erant, puel-  
larum devoravit: quod infortunium animum ejus valde ægrum reddiderat, quia sic ma-  
ximopere quietem suam atque otium literarum turbatum sentiebat: licet alias ani-  
mum ad fortuita omnia munitum haberet. De Bibliotheca quidem ipsa pauci libri, nec  
ultra XVII. volumina perierte, sed in his, quibus ægre caruerit. Majus damnum Manu-  
scriptis illatum est; quippe & Tertullianus & omnia in eum conscripta, item Index  
Apulejanus pene torus, & Adversaria a CXXXV. ad CLVII. furore incendii absunta  
sunt. Vix tanto superato malo, ecce novam calamitatem; anno videlicet 1637. Lipsien-  
sem ipse obsidionem una pertulit. Mænia urbis & propugnacula non longius triginta  
ulnis

ulnis a Barthii domicilio tormentis quassabantur. Saxe globique ingentes ignitique jacti tetigerunt superne vestibulum & cubiculum ejus: ex quo tota eulatum, questuum, dolorum agmina per aures immissa obtraxerunt membris ejus, ut semina alicujus morbi inesse corpori suo haud obscure conjectaverit. Ingrave sebat malum mora continua, & circum civitatem Lipsensem pejor auxiliatorum, quam paulo ante hostium furor grassabatur, omniaque pessum ibant, omnia plena erant imagine ultimæ vastitatis, vel inimicorum, præamicorum, infestatio multis etiam commendabilis videri poterat. Addebat publico hic etiam privatus dolor, quod Barthius eodem anno vel ex se ipso, vel vi fulgetrorum lœsus in sinistro oculo fuit, ut posthinc multo istum retusius altero usurpaverit, magnamque legens molestiam ceperit. An. 1640. nullus ipsi etiamnum Castor lucebat; Helena omnem tempestatem agebat. Et quamvis ejus res 1643. utcumque enare inciperent pelagus ingens ærumnarum, quibus territorium Sax. tot annos inundatum, & pertinaci malignitate fortunæ concussum erat: sensit tamen adversæ fortunæ acerbitudinem tum maxime, cum per septennium ad aliquot millia florenorum, solvendis & præsolvendis contributionibus damnoſa Feuda experiebatur. Ex lapſu equeſtri in Italia olim laefus an. 1646. dexter ei pes diu ſatis negotium facere moleſtissimum exorsus est. Tandem ſenectus ipsa morbus Noſtrum grayiter affigebat, ſiquidem an. 1649. ægre alicui epiftolæ ſcribenda per integrum ſemidiem ſufficiebat: adeo fractæ vires erant, memoriaque tam tenuis deprehendebatur, ut vix illa ſupereret. Tremore ſenili insuper fatigabatur, nullius frigusculi ulla tenus patiens; ſæpiuscule nullo ſenſu, non raro nullo ingenio, meruendumque habebat, ne ſubito aliquando concideret, animamq; redderer; quod præterita hieme ter quaterque parum, quin factum eſſet, abfuerat, & vere adulto cerebri etiā vertigines increcabant. Cæterum in omni vita, puta in moribus, in sermonibus, in scriptis, nihil æque heroī iſti in roga placuit, quam per omnia nobilis & ſincerus animus, qui, ut rara avis hodie eſt, ita totum ſibi Barthianum pectus vindicavit, ut alia omnia ad ſe primum non admireret; deinde cum Autoribus suis, ubi ſe ipſa non correſtrua eſſe cerneret, ſeponeret atque contemneret. Quin medullas ipsas animi ſui in ſenectute ipſius concipilabant ſimulationes fraudum, ac nescio cujus falſimonia, ut qui de ſe hoc prædicare non verebarut, quod nullum unquam hominem deceperit, & ſupra omnia humana ægre tulerit, cum ſive tacite, ſive palam talis alicujus rei inſimulatus ſit, quaſi aliter fieret, quam diceretur, vel traſtaretur. Cur enim, inquit, iſi eſſem, qui eſſem, ſi falſi quid mihi indulgerem? Præter auream iſtam integritatem ſubmissio quædam animi in eo apparebat. Nam ſi laudibus nimis fuos tirulos legebat, vel audiebat, confeſſum id moleſte ferebat, pro clypeo illud objiciens ſuperbiæ: Frangit Deus omni ſuperbum. Sed neqvis mihi asperitatem morum, qvam ei a nonnullis criminis datam memini, obtendat, non ignoro, Barthium aliquando, præſertim ingravescente etate, qvibusdam fuifit ad ſe accedentibus, exteris etiam, minus obvium, minus affabilem; id vero non fuſit tribuendum censcas velim, Lector, fed nature potius a frequentibus hominum congregibus alienæ. Erat enim Barthius, ut pauci dicant, homo per paucorum hominum, & quidem plerumque ſuam ipſius artem proſtentum; & ſane libros a ſe ſcriptos aliis non commendabat prelo ſubſiciendo, cauſam interferens, ambiri a ſe hominum improbitatem non poſſe. Audi narratiunculam; an. 1648. nuptiæ aderant fororis conjugis Barthii. Hujus ergo pompe ipſem magna pars eſſe debebat. Princeps quoqve Serenissimus, Auguſtus, qui Halic reſidebat tunc, cum Marescalco ſponſum ad altare Christi duciurus, & Aula Magiſter vel Cancellarius ſponſam eodem ſlituri erant. Hic igitur ſi elabi potuerit Barthius, facilime caritutus erat tota ea, licet honoriſcenſiſſima, occupatione, omniaque tentabat, an declinare poſſet, etiamq; ipſis epulis nuptialibus ac tota illa ſodalitate abſtinentium eſſet, ſed fruſtra, cum Princeps Barthium præſentem eſſe juberet. Nec id mirandum ſub ipſo præcipue, ut dixi, ſenio ejus, qvando valentudo viri, tranſaſto illo capitali climaſtico, ex inſtantibus reddebat inconstantissima, adeo, ut tæderet eum omnium rerum, præter lectionem, qvam & ipſam frequentius auribus, qvam oculis haurire cogebatur. Et hac fuit cauſa, qvare affecta etate, per quadriennium in ſuo muſeo Lipsienſi, & non in eadē Domini publica, inter ſacra ſolemnia, Dominico corpore, vivificoq; ſanguine ad vitam eternam paci voluerit. Nihilominus humanitatis ſenſum non exiit, qvín gratulationibus hominum ad eum delatis, qvas in Fête Johannis, ipſius Natali, lubentiffime accipiebat, ejusmodi officia amicorum inter virtutis aliquæ, præmia numerare ſolebat, & pro incitamento ad bene per porro etiam de bono communis merendum habere. Hæc de Barthio; cetera in aliud tempus reservanda. Cur autem Barthium prudxi? qvía quatuor luminibus, Athanasio in Theologia, Cajacio in Jurisprudentia, Galeno in Medicina, Pythagore in Philosophia, quintum placebat in Philologia adiucere. Qyppé oratione Latina explicaturi ſunt eis discipulis noſtris.

- I. JOH. ERHART MOECKEL, Cygneus, Athanasiuſ Theologum,
- II. JOH. GOTTLÖB SCHINCKE, Cygneus, Cujaciuſ Jureconsultum,
- III. DAV. CHRISTIANUS LOHDE, Stargardo-Lufatus, Galenuſ Medicum,
- IV. DAV. KRAUZE, Cygneus, Pythagoram Philosophum; Primus ſubjunctor quatuor Chriſias de Constantia, 2. magnitudine animi, 3. charitate erga proximum, 4. patientia; Secundus tres, de 1. a 4. obdaſia, 2. faſu eruditorum 3. grecia Praeceptor debita; Tertius duas, de 1. laude Medicinae, 2. utilitate peregrinationis; Quartus tres de 1. peregrinatione Illuſtrium, 2. honore eruditis habendo, 3. ſcholarum eretitione. Ad quod ſignificantur ſuperiora præfatus ſum. P. P. Cygneus d. 22. Octobr. 1713.

X 333.1103

F. K. 73.

5 Caspar Barthius

1  
1350

VITAS

QVATUOR-VIRORUM PRINCIPUM,  
CUM EARUM USIBUS,  
SIMULQUE

GRATULATIONEM  
NOBIL. AMPL. EXCELL. CONSULTIS.  
SIMOQVE

SENATUI NOSTRO,

DE REGIMENTE SUPERIORIS ANNI FELICITER

GESTO,

IN AUDITORIO MAJORI,

DIE CRASTINO,

ACTIS SACRIS MATUTINIS,

HABENDAM,

ut

BENEVOLE AUDIANT,

DOS DN. INSPECTORES,

DOS FAUTORESQUE SCHOLÆ

OFFICIOSE ROGAT,

ORGIUS ANDREAS Bindbold, R.

CYGNÆ,

PIS JOH. DAV. FRIDERICI.

Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

Black

